UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Baptiste Mantuani vatis presta[n]tissimi diuinu[m] secu[n]de Parthenices opus

Baptista <Mantuanus>

Colonie, 1519

Francisci Cereti Parmensis Juris Pontificij Scholaris studiosissimi in inuidu[m] lectorem carmen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71304

Visual Library

pur⁹.vel a catharizo purifico.vel a catareo defluo.vel a cata ⁊ ryax.qđ eſt
riuus vox illa deflectit. Legim⁹ em̄ apud Pliniū hipponē aphrice oppi⸗
dū.cui⁹ epiſcopatū tenuit Auguſtin⁹ a grecis cataryrū appellari.q riuis
et aq̄s eēt irrigua. Quis hoꝝ dixeris recte dixeris Uera em̄ ſp cū agnoſ
cūtur in oib᷒ amplectēda.at in hmōi noib᷒ cuꝫ veritas latet ad veriſilia.q̄
lingue alicui⁹ periciā ſapiāt ab interp̄te ꝯfugiēdū eſt.cauēdūq; ne iſti⁹ exē
plo veluti egri ſomnia vane fingant ſpēs.vt nec pes nec caput vni reddat
forme.Sꝫ iā ſatis de hoc ſupq; dictū. Et vt totā Parthenicē p̄uſq̄ ꝑle
gas vno ſummatim legas intuitu.breue ſubijciat argumentū.

¶ Argumentum poete

¶ Catharina virgo egyptia Alexādrie nata. Coſto patre.q̄ fuit ex lagi⸗
daꝝ familia ſub Maximino oriētis p̄fecto.vel ſub Maxētio Maximia
ni filio paſſa,nā de auctore paſſionis ambigit.ſꝫ oia fere exēplaria q̄ legū
tur in eccl'ijs Maxētiū hn̄t.ſuperatis ⁊ ad fidē ꝯuerſis quinquaginta diſer
tiſſimis oratorib᷒;cām chriſti tutata eſt.diu ſqualore carceris afflicta.lōga
inedia macerata.duriſſime ceſa.tādē poſt vxoris regie ⁊ Porphyrij du⸗
centorūq; militū ꝯuerſionē.ꝯfractis rotaꝝ machinis decollata lac fudit
p̄ ſanguine.corpus ei⁹ in Sinā montē arabie deportat ab angelis.

¶ Franciſci Cereti Parmenſis Juris Pontificij Scholaris
ſtudioſiſſimi in inuidū lectorem carmen.

Inuide quid tantum iuuat excandeſcere lectoꝛ
Et Rhodijs linguax ponere ſacra focis
Therſite ſimilis ſine ſenſu ⁊ mente loquenti
Cur iacis in vatem verba canina pium:
Et merito ſceleris tanti dabis improbe penas
Edere ſcis grauius q̄ꝫ maledicta pati
Liuide ſi neſcis ſuperum regina poetam
Hunc fouet.⁊ Coſto nata parente dea.
In quarum laudes quantum certauerit,arte
Pindarica fulgens teſtificatur opus
Nulla erat(infandum facinus)reuerentia celo.
Squallidus inculto numine Chriſtus erat
Hic pius ad ſedes hominem reuocauit olympi
Reſtituens noſtro myſtica ſacra deo.
Protulit in lucem veterum monumenta parentum
Quicquid ⁊ a Chriſto lex noua noſtra capit.
Ergo tuos tandem mores depone ferinos
Et memori vatis pectore nomen habe.
Detur ⁊ Euripidis verſum transferre ſepulchro,
Qui fuit Aemathio conditus ante ſolo
Nulla etate tua o vates monumenta peribunt
Fatidice Mantus,Uergilijq; nepos,